

1546. 14 Decembris. Ex M. S. Arch. Stan. Aug. Reg.

87  
Sigismundus Primus Rex Polonia.  
Sigismundo Augusto Regi Polonia.

Serenissime. et. Reddidit Nobis Cubicularius Ma-  
jestatis Vestre literas, quibus de recuperata per  
Nos incolumitate se plurimum gaudere significat,  
ac eam nobis firmam et diuturnam precatur. Quae  
illius erga Nos pietas magnam animo nostro con-  
solationem affert, ac vicissim fausta et felicia omni-  
a Majestati Vestre precamur, ut eam Deus, quae  
longissimo tempore servet incolumem, atque omnia  
felicitatis genere eumulet, nullum Nobis Divina  
Majestas in hac vita majus et gratius Benefici-  
um dare potest.

Quod libellos injuriarum per Nuncium No-  
strum ad Caesarem Turcarum perferendos Ma-  
jestas Vestra curaverit, factum hoc illius no-  
bis probatur, neque possumus non commenda-  
re studium illius quo fertur erga finitimas Ho-  
stibus Arces ac providere conatur, ne quid ab  
illis detrimenti capiat. Fungitur boni Principis  
Officio, quod hominum suorum saluti ac incolumi-  
tati prospicere studet. Consilium hoc profectio  
illius Sijoviam versus nobis probaretur, si alia es-  
sent tempora, quam quae nunc sunt, magnam  
enim ex eo laudem consecutura Majestas Vestra,  
si in his locis aliquando commoraretur, ma-  
gnam etiam hominibus illis consolationem illata-  
ra, qui tutiores essent ab hostium insidiis presen-  
tia Majestatis Vestrae, atque illius adventum pro-  
cul dubio magno cum desiderio expectant. Sed

ca tem